

*Bodi mi, o Bog, zavetnik in v pribežališče, da me rešiš.
Zakaj moja moč in moje pribežališče si ti
in zaradi svojega imena me boš vodil in branil.*
(Ps 30,3.4, vstopni spev)

TRETJA PREDPOSTNA NEDELJA (PETDESETNICA)

DOMINICA IN QUINQUAGESIMA



Sveta maša po Rimskem misalu sv. Janeza XXIII.

CISTERCIJANSKA OPATIJA STIČNA



15. februar 2026

INTROITUS

Ps. 30, 3-4

Esto mihi in Deum protectórem, et in locum refúgii, ut salvum me fácias: quóniam firmaméntum meum et refúgium meum es tu: et propter nomen tuum dux mihi eris, et enútries me.

Ps. ibid., 2

☿. In te, Dómine, sperávi, non confúndar in aetérnum: in iustítia tua líbera me et éripe me.
☿. Glória Patri.

ORATIO

Orémus.

Preces nostras, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi: atque, a peccatórum vínculis absolútos, ab omni nos adversitaté custódi.
Per Dominum.

LECTIO

1 Cor. 13, 1-13

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios
Fratres: Si linguis hóminum loquar et Angelórum, caritatém autem non hábeam, factus sum velut æs sonans aut cýmbalum tinniens. Et si habúero prophetíam, et nóverim mystéria ómnia et omnem sciéntiam: et si habúero omnem fidem, ita ut montes tránsferam, caritatém autem non habúero, nihil sum. Et si distribúero in cibos páuperum omnes facultátes meas, et si tradídero corpus meum, ita ut árdeam, caritatém autem non habuero, nihil mihi prodest. Cáritas patiens est, benígna est: cáritas non æmulátur, non agit pérperam, non inflátur, non est ambiitósa, non quærit quæ sua sunt, non irritátur, non cógitat malum, non gaudet super iniquitaté, congáudet autem veritaté: ómnia suffert, ómnia credit, ómnia sperat, ómnia sústinet. Cáritas numquam éxcidit: sive prophétia evacuabúntur, sive linguæ cessábunt, sive sciéntia destruétur. Ex parte enim cognóscimus, et ex parte prophetámus. Cum autem vénerit quod perféctum est, evacuábitur quod ex parte est. Cum essem párvulus, loquébar ut párvulus, sapiébam ut párvulus, cogitábam ut párvulus. Quando autem factus sum vir, evacuávi quæ erant párvuli. Vidémus nunc per spéculum in ænígmate: tunc autem fácie ad faciém. Nunc cognósko ex parte: tunc autem cognóscam, sicut et cógnitus sum. Nunc autem manent fides, spes, cáritas, tria hæc: maior autem horum est cáritas.

VSTOPNI SPEV

Ps 30,3,4

Bodi mi, o Bog, zavetnik in v pribežališče, da me rešiš. Zakaj moja moč in moje pribežališče si ti in zaradi svojega imena me boš vabil in hranil.

Ps it. 2

☿. Vate, Gospod, upam, ne bom osramočen vekomaj; v svoji pravičnosti me otmi in reši.
☿. Slava Očetu.

ZBIRNA MOLITEV

Molimo.

Naše molitve, prosimo, Gospod, milostno usliši; oprósti nas vezi grehov in váruj nas vsake nezgode.
Po Gospodu.

BERILO

Berilo iz pisma sv. apostola Pavla Korinčanom

1 Kor 13,1-13

Bratje! Ko bi govoril človeške in angelske jezike, ljubezni pa ne bi imel, sem brneč bron ali zvenече cimbale. In ko bi imel preroštvo, da bi poznal vse skrivnosti, in vse spoznanje in ko bi imel vso vero, tako da bi gore prestavljal, ljubezni pa ne bi imel, nisem nič. In ko bi razdal vse svoje imetje in ko bi izročil svoje telo, da bi zgorel, ljubezni pa bi ne imel, mi nič ne koristi. Ljubezen je potrpežljiva, dobrotljiva, ljubezen ni nevoščljiva, se ne ponaša, se ne napihuje, ni brezobzirna, ne išče svojega, se ne pusti razdražiti, ne misli hudega, se ne veseli krivice, veseli pa se resnice. Vse prenaša, vse veruje, vse upa, vse prestane. Ljubezen nikoli ne mine. Če so preroštva, bodo prenehala, če so jeziki, bodo umolknili, če je spoznanje, bo prešlo. Kajti le delno spoznavamo in le delno prerokujemo. Ko pa pride popolno, bo prenehalo to, kar je delno. Ko sem bil otrok, sem govoril kakor otrok, mislil kakor otrok, sklepal kakor otrok. Ko sem postal mož, sem opustil to, kar je otroškega. Zdaj namreč gledamo v zrcalu, z ugibanjem, takrat pa iz obličja v obličje. Zdaj spoznavam delno, takrat pa bom prepoznal, kakor sem bil prepoznán. Za zdaj pa ostajajo vera, upanje, ljubezen, to troje. Največja od teh pa je ljubezen.

GRADUALE

Ps. 76, 15

Tu es Deus qui facis mirabilia solus: notam fecisti in gentibus virtutem tuam.

Ps. ibid., 16

℣. Liberasti in brachio tuo populum tuum, filios Israel et Ioseph.

TRACTUS

Ps. 99, 2-3

Iubiláte Deo, omnis terra: servíte Dómino in lætítia.

℣. Intráte in conspéctu eius in exultatióne: scitóte, quod Dóminus ipse est Deus.

℣. Ipse fecit nos, et non ipsi nos: nos autem populus eius, et oves pascuæ eius.

EVANGELIUM

Luc. 18, 31-43

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam

In illo témpore: Assúmpsit Iesus duódecim, et ait illis: Ecce, ascéndimus Ierosólymam, et consummabúntur ómnia, quæ scripta sunt per Prophétas de Filio hominis. Tradétur enim Géntibus, et illudétur, et flagellábitur, et conspuétur: et postquam flagelláverint, occídent eum, et tértia die resúrget. Et ipsi nihil horum intellexérunt, et erat verbum istud absconditum ab eis, et non intelligébant quæ dicebántur. Factum est autem, cum appropinquáret Iéricho, cæcus quidam sedébat secus viam, mendicans. Et cum audíret turbam prætereúntem, interrogábat, quid hoc esset. Dixérunt autem ei, quod Iesus Nazarénus transíret. Et clamávit, dicens: Iesu, fili David, miserére mei. Et qui præfbant, increpábant eum, ut tacéret. Ipse vero multo magis clamábat: Fili David, miserére mei. Stans autem Iesus, Iussit illum addúci ad se. Et cum appropinquásset, interrogávit illum, dicens: Quid tibi vis fáciam? At ille dixit: Dómine, ut videam. Et Iesus dixit illi: Réspice, fides tua te salvum fecit. Et conféstim vidit, et sequebátur illum, magníficans Deum. Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo.

OFFERTORIUM

Ps. 118, 12-13

Benedíctus es, Dómine, doce me iustificatiónes tuas: in lábiis meis pronuntiávi ómnia iudícia oris tui.

STOPNIŠKI SPEV

Ti si Bog, ki edini delaš čuda; razodel si svojo moč narodom.

Ps 76,15

℣. Rešil si s svojo roko svoje ljudstvo, Izraelove in Jožefove sinove.

Ps it. 16

NADALJEVALNI SPEV

Vzklikaj Bogu, vsa zemlja, služite Gospodu z veseljem!

Ps 99,1,2

℣. Stopite pred njegovo obličje z radostnim petjem! Vedite, da je Gospod — Bog.

℣. On nas je naredil in nismo se naredili sami. Ljudstvo njegovo smo in ovce njegove paše.

EVANGELIJ

Iz svetega evangelija po Luku.

Tisti čas je vzel Jezus dvanajstere ter jim rekel: »Glejte, v Jeruzalem gremo in nad Sinom človekovim se bo dopolnilo vse, kar je zapisano po prerokih. Izročen bo namreč poganom, zasmehovali ga bodo, z njim grdo ravnali, vanj pljuvali, ga bičali in umorili, in tretji dan bo vstal.« Vendar oni niso razumeli nič od tega. Te besede so jim ostale prikrite in niso dojeli, kar je govoril. Ko se je bližal Jerihi, je sedel ob poti neki slepi mož, ki je prosil vbogajme. Slišal je množico, ki je šla mimo, in spraševal, kaj je to. Povedali so mu, da gre mimo Jezus Nazarečan. Zavpil je in rekel: »Jezus, Davidov sin, usmili se me!« Tisti, ki so hodili spredaj, so mu pretili, naj umolkne; on pa je še bolj kričal: »Davidov sin, usmili se me!« Jezus se je ustavil in ukazal, naj ga pripeljejo k njemu. Ko se mu je približal, ga je vprašal: »Kaj hočeš, da ti storim?« Dejal je: »Gospod, da bi spregledal.« Jezus mu je rekel: »Spreglej! Tvoja vera te je rešila.« In pri priči je spregledal. Šel je za njim in slavil Boga. Vse ljudstvo, ki je to videlo, je dalo Bogu hvalo.

Lk 18,31-43

DAROVANJSKI SPEV

Blagoslovljen si, Gospod, poučuj me v svojih postavah. S svojimi usti bom oznanjal vse tvoje ukrepe.

Ps 118,12,13

SECRETA

Hæc hóstia, Dómine, quæsumus, emúndet nostra delicta: et, ad sacrificium celebrándum, subditórum tibi córpora mentésque sanctíficet.

Per Dóminum.

PRÆFATIO

de sanctíssima Trinitate

℣. Dóminus vobiscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

℣. Sursum corda.

℞. Habémus ad Dóminum.

℣. Grátias agámus Dómino Déo nóstro.

℞. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui cum unigénito Filio tuo et Spíritu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus: non in unius singularitáte persónæ, sed in unius Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spíritu Sancto sine differéntia discretiónis sentimus. Ut in confessióne veræ sempiternæque Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitas, et in maiestáte adorétur æquálitas. Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamáre cotidie, una voce dicéntes: *Sanctus, sanctus, sanctus...*

COMMUNIO

Manducavérunt, et saturári sunt nimis, et desidérium eórum áttulit eis Dóminus: non sunt fraudáti a desidério suo.

POSTCOMMUNIO

Orémus.

Quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui coeléstia aliménta percépimus, per hæc contra ómnia adversa muniámur.

Per Dóminum.

MOLITEV NAD DAROVI

Naj nas ta dar, prosimo, Gospod, očisti greov ter posveti telo in dušo tvojih služabnikov za obhajanje daritve.

Po Gospodu.

HVALOSPEV

presveti Trojici

℣. Gospod z vami.

℞. In s tvojim duhom.

℣. Kvišku srca.

℞. Imamo jih pri Gospodu.

℣. Zahvalimo se Gospodu, našemu Bogu.

℞. Spodobi se in pravično je.

Res se spodobi in je pravično, primerno in zveličavno, da se ti vedno in povsod zahvaljujemo, Gospod, sveti Oče, vsemogočni večni Bog, ki si z edinorojenim Sinom in Svetim Duhom en Bog, en Gospod, ne v enoti osebe, ampak v Trojici ene narave; kar namreč po tvojem razodetju verujemo o tvoji slavi, prav to brez razlike mislimo o tvojem Sinu, prav to o Svetem Duhu, da v spoznavanju resničnega in večnega božanstva molimo v osebah svojstvo, in naravi edinost in v veličastvu enakost. Njo hvalijo angeli in nadangeli, kerubi in serafi, ki ne nehajo sleherni dan klicati, enoglasno govoreč: *Svet, svet, svet...*

OBHAJILNI SPEV

Jedli so in se obilno nasitili. Gospod je utešil njih hrepenenje; v svojem pričakovanju niso bili varani.

MOLITEV PO OBHAJILU

Molimo.

Prosimo, vsemogočni Bog, naj nas nebeška hrana, ki smo jo prejeli, varuje vsega hudega.

Po Gospodu.

Slika na naslovnici: Nicolas Poussin (1594–1665), *Zdravljenje Jeribonskega slepega*, olje na platnu (1650)

Latinska besedila: *Missale Romanum: Ex decreto SS. Concilii Tridentini restitutum summorum Pontificum cura recognitum* (Editio typica). (1962).

Oblikovanje in notografija: ZAVOD ZA CERKVENO GLASBO